

STADT PIRNA.

No. 1. 1269. 5. Dec.

Markgraf Heinrich überweist der Schlosskapelle zu Pirna 5 Mark Silber jährl. Einkünfte, welche der jezeitige Stadtpfarrer in zwei Terminen bei dem Zollpächter erheben soll.

Nos Heinricus dei gratia Misnensis et Orientalis marchio notum esse volumus universis praesentem litteram inspecturis, quod ad honorem omnipotentis dei et gloriosae virginis matris suae Mariae et ob remedium animae nostrae ac dilectae coniugis nostrae dominae Agnetis memoriae recolendae cappellae sitae in castro nostro Pirne¹⁾ quinque marcas argenti annuae pensionis recipiendas et exigendas per plebanum in Pirne annis singulis temporibus infrascriptis: In festo beati Donati videlicet medietatem et in festo sancti Martini proxime subsequente aliam medietatem praedictae pensionis memoratus plebanus exiget et recipiet ab eo qui pro tempore theoloneum habuerit antedictum. Ut autem haec nostra donatio a nobis liberaliter²⁾ facta robur obtineat perpetuae firmitatis, eandem litteram praenotatae cappellae in testimonium dari fecimus nostri sigilli munimine roboratam. Datum Wylyn in castro anno domini M° CC° LXIX° Nonas Decembris praesentibus venerabili domino Witegone Misnensi episcopo, Johanne buregrauio de Wittyn, Heinrico de Siden et aliis quam pluribus fide dignis.

Nach einer Abschrift aus dem 15. Jhdt. (Cop. 1 fol. 9) im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden.

1) Hier fehlt in dem Cop. *dedimus et assignavimus* oder dergl. 2) Cop. *litteraliter*.

No. 2. 1289. 14. Febr.

Markgraf Friedrich von Meissen und Landsberg bestätigt die Zuwendung seines Grossvaters des Markgrafen Heinrich an die Capelle des h. Georg auf dem Schlosse zu Pirna.

Nos Fridericus dei gratia Orientalis, de Misna et Landespergensis marchio recognoscimus et tenore praesentium publice protestamur, quod cum avus noster karissimus felicitis memoriae dominus Heinricus videlicet quondam illustris princeps Missenensis et Orientalis marchio ad honorem omnipotentis dei et gloriosae virginis matris suae et ob remedium animae suae et omnium progenitorum suorum ad cappellam in honore sancti Georgii in castro Pirne dedicatam, ut divina officia ibidem haberi possint, dotaverit dederit et assignaverit quinque marcas argenti Friburgensis ponderis annuae pensionis recipiendas annis singulis et temporibus ab eo qui theolonium